quā si crediderim⁹ reportom⁹. ¶ De
p̄mo nō q̄ licet in apostolico symbo
lo duodecī articuli fidei distinguant̄
et licet in libris et scriptis scōꝝ et or
thodoxoꝝ patrū multa inueniant̄
que credi oporteat. Sex tn̄ ad min⁹
credēda sūt a quolibet xp̄iano. q̄ bre
uiter ꝓseq̄mur. Primo em̄ credē de
bes. vnigenitū dei filiū scd̄m carnem.
quam assumpsit e virgine. in cruce
mortuū esse et die tercia resurrexisse
Scd̄o credi oportet ip̄m dei filiū cla
ues ecc̄e petro suisq̄ȝ successoribȝ con
cessisse. Terciō credere debes te certis
sime moriturū. Quarto credē debes
te racōnē de oībus actibȝ tuis reddi
turū. Quinto credē debes impios cū
demonibus et̄na tormēta passuros
Sexto credere debes electos cū deo
perpetuo regnaturos. Si aūt ista
sex credideris fidemq̄ȝ bonis opibus
cōfirmaueris. sine dubio repmissam
a deo btītudinē cōsequeris. Primo
igitur credere debes deum vere mortu
um fuisse. et vere resurrexisse. Unde
et dn̄s ad ostensionē sue passionis
et mortis que p̄cesserat et resurrecti
onis que subsecuta fuerit dixit tho
me. ioh̄. xx. Infer digitū tuum huc et
vide manus meas et affer manū tu
am et mitte in latus meum et noli
esse incredulus sed fidelis. Nota igi
tur q̄ xp̄us pro pc̄cis nostris mortu
us est ut et nos pc̄ca tota mente fu
giamus et ea mortificemus in nob̄
cum oportuerit ꝓ ip̄is filiū dei mori.
Unde in can. i. petri iij. xp̄us semel
ꝓ pc̄cis nostris mortuus est iustus
pro iniustis ut nos offerret deo. mor
tificatos quidē carne viuificatos āt

sp̄ū. Un̄ eciā dicit aplūs ad colo. iij.
mortificate membra vestra que sūt
sup terrā fornicacōnē immundiciam
libidinē cōcupiscenciā malā et auari
ciam que est ydolorū seruitus. depo
nite et iram indignacōnē maliciam
blasphemiā turpē sermonē de ore ve
stro non proferatis. nolite mentiri
inuicem. Glosa describit delicta que
membra appellat Fornicacio est oīs
concubitus preter legittimū cōnubiū
Inmūdiciā que est contra naturam
libidinis scilicet ardorē p quaslibet
turpitudines discurrentē. Concupi
scencia mala idest de aliena vxore
vel de aliena re. et auaricia que est
ydolorū seruitus idest tam fugiēda
sicut ydolatria cui simile et par vici
um est quia rebus ꝓ deo seruit. De
ponite et iram que ē subitus animi
motus. indignacōnem de alio subli
mato. malicia ē qn̄ quis molit̄ dāp
nū alicui. blasphemiā i scēz vel dm.
reliqua duo patent. Nota eciam q̄
ideo xp̄us resurrexit ut et nos cū ip̄o
sp̄ualiter resurgamus et ea que sur
sum sunt appetamus. Un̄ aplūs ad
colo. iij. si consurrexistis cū xp̄o que
sursum sunt querite vbi xp̄us est in
dextra dei sedens que sursum sunt
sapite et non que sup terrā Cū ergo
xp̄us resurrexit et ad celos ascende
rit spretis bonis trāsitorijs. i. inmū
dis delectationibus huius mundi ꝗ
vere debemus eum in dextera dei pa
tris quasi summū bonum a ip̄o vero
gustu iugiter delectari. ¶ Secūdo
credere debes filium dei petro alijs
q̄ȝ apostolis et eorum successoribus
claues huius ecclesie concessisse.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-183/0136
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt